

Mani die leryhu 3 Brücke =

(= 44) 1) Sacrobüste, Johannes de

Sphaerionem opus certum.

[Leipzig: bei Walter des Capellans, 1485-1489]

Hain. X 74 295

BMB. III, S. 636.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vegius, Maſſeris (nicht: Vitorinus?)

De veritate et philoſophie

Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain. 24942

Hain X 15929, BMB III S. 632

3. Tibullus, Alſtinus:

Ec. 8

Elegia de amore et ſan. Ex. M. 153 ab. 153

BMB
III,
S. 623

(= 46)

Leipzig: Konrad Kachelofen. nicht nach 44 S. 27

IN NUPTIAS

REVERENDI
ET DOCTISS. VIRI

DN. DAVIDIS VVOLFII, PA-
storis in Luso & Mildorff, ornatissimi & Rei-
pub. Servestanæ Senatorii ordinis viri

DN. DAVIDIS VVOLFII

F. Sponsi,

ET

PVDICISSIMAE VIRGI-
NIS ANNAE, HONESTISSIMÆ

viri, ac civis Servestani Dn. Friderici Schön-
feldij F. Sponsæ.

Carmina cum solenni votorum apprecatio-
ne conscripta ab amicis.

A. D. XIV. Cal. Octobr. Anno

ἔριστογορίας κλ. Ιβ. ΙΙC.

SERVESTAE

Excudebat Iohannes Schlier.

REVERENDI

ET DOCTISSIMI VIRI

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

FR. DAVIDIS

76





Ad venerabilem virum, pietate
& doctrina præditum, Dn. Davidem V Volfium
juniozem, pastorem Ecclesiæ Christi, in pagis Luso
& Milsdorff, Sponsam, &c. amicum
colendum.

Ex 1. Tim 3. v. 2. & Tit. 1. v. 6.

Δὲ Πρίστοτον διου μιᾶς γυναικὸς ἀνδρῶν



*N*on plures unâ prohibēs attingere solum,
Sed calibatus vota dissuadens simul,
Unius uxoris Paulus vult esse maritū,
Sacri serentem voce verbi semina,
Nam veluti plures unâ qui ducit, ab ævi
Primordio sancita violat fœdera:
Sic tedas quisquis planè contemnit, ab orbis
Exordio sancita temnit fœdera.
Te dignum ergo facis, vita quòd calibe spreta,
V Volfi, Annulam adjugas tibi Schonfeldiam,
Qua cum traducas superantis tempora vitæ,
Prolem tui quæ gignat ac similem sui,
Cultura quos tu morum formabis & arte,
Cunis ab ipsis qua parens talem tuus

A 2

Effinxit

Effinxit te, qua mecum effinxere magistri,
Iovæ ministros inter haud te postimum.
En primos studij fructus, sanctiq; laboris,
Nympham capis, re, nomine &, pulcellulam.
Perge ornare tuã, quod jam facis, optime, Spartã,
Novum cluas ut patriæ, VVolfi, decus.

M. Iohannes Theopoldus.

Ex 26. Cap. Ecclesiastici, Mulieris bona beatus
est vir, & numerus dierum eius
duplex &c.

S Iracides dicit toto hunc ex asse beatum,
In vitæ sociam cui bona virgo datur,
Moribus atq; omni virtutū laude venusta,
Quæ studiola Dei est, & studiosa viri.
Hic non ætatis minuetur tempore, vitæ
Sed duplo augebit gaudia blanda suæ.
Res ipsum haud frangent tristes, vincetūc secundæ,
Fortunam constans semper utramq; feret.
Quæ, nulli violanda, colit sacra federa lecti,
Perfundit mentem lætitiã illa viri;
Sublevat & variã curarum mole gravatum,
Alius atq; implet prosperitate dies;

Temperat

Temperat & quosvis animi medicando dolores,
Intima qui absumunt conjugis ossa sui,
Est nimum felix, omniq; ex parte beatus,
In thalami sociam cui bona virgo datur.
Confuge namq; bonâ donum haud præstantius ul,
Dolq; piâ non est conjugæ grata magis. (lum,
Optima sed conjux datur huic, sacra iussa sequen-
Iehovam vera qui pietate colit. (do,
A Domino cœli & terræ venit optima conjux,
Tali, cui favet, hunc ornat honore Deus,
Ingredere ergo tuæ gratissima limina sponsæ,
Et thalamo indulge, sponse beate novo,
Annam namq; Dei tibi donat dextra, parenti
Primo qui lecti federe junxit Evam.
Nunc agnosce opus hoc Domini, Doctissime sponsæ
Et sponsæ collo brachia necte tuæ. (le,
Insuper & miscere preces, Dominoq; molestum
Esse decet precibus. Vis ea grata Deo est.
Annæ qui casti te vinclo junxit amoris,
Nunc tedæ præsens est Deus ipse tuæ.
Ipse aderit vestris præsens amplexibus, una
Si mens servârit federa sancta tori
Sparta olim cecidit vexante libidine mentes,
Perdidit hacum feda libido solum.
Ipse uvat castum rector cœli: Omne protervum
Improbat, & vera quod pietate caret:

A 3

Legi

Legitimo sed adest thalamo, quem sancit ipse,
Vna dum mandat vivere carne duos,
Ipse pios sacro respectat numine sponfos,
Hi quoues iplumper sua vota vocant,
Hoc age sponse. Deum tu supplice sæpe fatiga
Voce, dabit Christus pondus habere preces,
Sic thalami cernes suavisima pignora, multis
Sic feret Anna annis plurima dona tibi.

David Haustedius Serwestanus.
Dn Jesu minister.

A L I V D.

Quod reliqui exoptant prolixo carmine amici,
Dicere me paucis, sint modo chara, iuvat,
Scilicet ut constanter ames, redameris & ipse:
Tu Sponsa certes, certet amore tibi.
Dulcia sic vobis gignentur pignora lecti,
Grato quæ repleant murmure tecta domus.
Absit quæ turbet vestrum Discordia lectum,
Assideant vestro Pax, Charitesq; toro.
Vivite felices, nec vos Fortuna volutet,
Sed pleno cornu copia fundat opes.
Vos author thalami nexu coniungat ahenò,
Vna ut in ambobus mens sit, & unus amor.

Ioannes Kuvvetter.

Votum

Votum nuptiale.

SCilicet agricolis vix fortunatius ullum
Est hominū mundi quā patet aula, genus.
Nam seu respicias sulcantes vomere terram;
His sata cum multo fenore reddit ager:
Sive tori segetem spectes; hi civibus urbes,
Et celi sancto germine templa replent:
Seu tandem sacri qui iactant semina verbi,
Semina profectu non caritura suo:
Non illis genus est hominum magis utile, terris
Sementem hanc fecit filius ipse Dei.
Salvete ò nostra maiores laude coloni
Aruorum, & thalami, dogmatis atq; sacri.
Inter & hos memorāde mihi Sponse optime salve,
Salve pars animæ, David amice, mea.
Hactenus in populum sparsisti semina verbi,
Ad celi monstrans quæ ferat astra viam.
Nunc thalami quod jure colas tibi traditur aruū
Virgo decens forma, nec pietate minor.
Gratulor hoc illudq; bonum tibi pectore toto,
Culturaq; tua prospera fata precor.
Sis felix, supraq; tibi vota omnia cedant,
Fortunante, operis quod facis omne, DEO.

Beilke

*Bella tibi soboles arvo nascatur amœno,
Omne Sponse tua, nomine Sponse paris.*

Gregorius Petrus Bersmanus.

ALIVD.

O quater, & quoties, non est numerare, beatum,
Cui sunt conjugij sanctissima vincula curæ,
Et cuius studium est leges servare jugales.
Huic DEVS ipse suo semper cum numine præstò est,
Atq; huius precibus pronas accommodat aures.
Cum sit enim affectu casto quoq; præditus auctor
Connubij, castam vult nos quoq; pectus habere.
Sed qui more feræ sine lege pudoris aguntur,
Seq; voluptatum damnola in sorde volutant,
Hos DEVS in justa consumit funditus ira.
Ah miseras hominum mentes, ô pectora cæca,
Quos iuvat æterni contemnere iussi parentis,
Atq; impura sequi Latij commenta Baälis.
Sed nunc laudanda est meritò tua recta voluntas;
Sponse, quod uxorem casto tibi federe jungis.
Et de tam multis solam tibi deligis ANNAM,
Quam tu legitima solus face pectoris uris,
Ut non asiduis caleat sic ignibus Aetna
O quantis formæ decorata est dotibus illa,
Stat rubor ante genas, & mixtus candor in illis,
Quale coloratum Tithoni à coniuge celum
Mane rubet: Tales virgo gerit ore colores.
Illi pulcra fluunt flavi per colla capilli:
Estq; decus labris: & flagrant lumina flammis,

Non

Non aliter, quàm cum puro nitidissimus orbe,
Opposita speculi referitur imagine Phoebus.

Si genus excutias, quamvis pater illius ortu
Non magnus, tamen est magnus pietate fideq;
Mater & exemplum probitatis, flosq; pudoris,
In morem conchæ servavit honesta cubile.

Tu quoq; non minimo es *Wolff* decoratus honore,
Nam sincera seris coelestis semina verbi,
Et contra Latij sinuosa volumina Papæ,
Defendis summi patefacta oracula regis.

Atq; ades assertor constans pietatis, & omnem
Per vitam veri, & probitatis idoneus auctor.

Es quoq; non humili productus, sponse, parente,
Namq; parens nostri pars est quoq; magna senatus,
Et magnus veri est cultor, servator & æqui.

Non mihi si centum Deus ora sonantia linguis,
Ingeniumq; capax, totumq; Heliconæ dedisset,
Nunc ego persequerer merita & decora omnia laudum,

Ergo Deus firmet pacti commercia lecti,
Nec vos deficient felicitis pignora vitæ,
Nec tu Sponse mali fatum cognominis imple.

Isaac Gregorius Servestanus.

B

ALIVD.

A L I V D.

*Vite Poëmatum be-
niamini pactem pri-
orem. p. 93.*

Est quoniam sanctum nos inter fœdus, & ar-
 Vinculum necessitudinis, (ctum
 Nostratum votis, Sponse, omnibusq; jugalem
 Thalia prosequitur torum.
 Turba, igitur, studiosa, inquit, pueri, atq; puella,
 Novis favete honoribus.
 Doctrina celebrem, probitate, fideq; probatum,
 Decorate Sponsum laudibus.
 Forma conspicuam, gratam virtute, pudore,
 Celebrate Sponsam amabilem.
 Lingua, animisq; piateda dum iure sacerdos
 Iungit, favete, dexteras.
 Dicite iò Hymen, juvenis dum tendit ad aras,
 Nunc tempus Hymen dicere.
 Dicite iò paan, & iò bis dicite paan,
 Subire dum virgo parat
 Debita juratori ante aras, & cordis amorem,
 Sancte viro promittere.
 At tu, summe parens thalami firmator, & autor
 Perenne serva, quod tuo
 Numine suscipiunt, fœdus, tuq; annue cœptis,
 Felix sit ut connubium.

EIII

Et tu, Christe, Dei proles, & imago parentis,
Nostras jube esse ratas preces,
Quas ANNÆ thalamis unà damus, atq;
Quos ardor urit mutuus. (Davidis,
Et tu sancte, Patris virtus, age Spiritus adsis,
Vocatus has ad nuptias
Necte adamantinis amborum pectora vinculis,
Flatuq; sacra factuo.
Quod superest, mitis, nam quicquã dulcius orbis
Te non habet, Concordia
En ades, & teneros olea redimita capillos,
Huic precortoro asside.
Peruigil & tecti custos, tibi credita noctu,
Amor tuere limina.

Gregorius Prætorius S.


F I N I S.



Fa 1388,
80

Ink.

[Faint blue ink scribble]



B.I.G.

Farbkarte #13



NUPTIAS
ERENDI
CTISS. VIRI
DIS VVOLFII, PA-
Milsdorff, ornatissimi & Rei-
tanæ Senatorij ordinis viri
VIDIS VVOLFII
F. Sponsi,

ET
SIMAE VIRGI-
LÆ, HONESTISSIMÆ
ervestani Dn. Friderici Schön-
feldij F. Sponsæ.

solenni votorum apprecatio-
onscripta ab amicis.
XIV. Cal. Octobr. Anno
5070 vias cl. 13. IIC.

ERVESTAE
ebat Iohannes Schlier.



30

